

# Jonas Propheta.

Urbs noua, diues opum, Tantis cum sine Gedanum,  
Accipe, diuina qua tibi mente loquor.

Est breue tempus adhuc, si non peccata relinques,  
Hoc, quibus exundas tempore, facta rues.

Crecisti citi, sic etiam superis mala grata  
Decresces, instant iam tua fata tibi.

Impietas, fastus, luxus, tria monstra, ruina  
Jam tibi, ni fuerint prostrata abacta, parant.

His tribus es iam facta tumens, infrenis & exlex:  
Hinc quocumq; libet, iure licere putas.

Parsq; tua potior, tribus ijs est plena senatus,  
Humor hic in plebem, deuius unde fluit:

Interisse prius, propter tria funditus ista,  
Cum populis, urbes, oppida, regna, liquet.

Hac nequit Omnipotens tria ferre acutius in te;  
Quae nisi depuleris; te grauis ira manet.

Iamq; tibi gliscens excidia saeva minatur,  
Ni propere facias, quae mea dicta mouent.

In primis redeas ad religionis arcite,  
Quam te, scis, temere deseruisse, viam.

In veterum, fuge contemptum, pia dogmata patrum:  
Et noua; namq; nouum, despicere, virtus habent.

Mentis & inflata sinuosum pone tuorum,  
Ex partis opibus, qui tibi magnus inest.

Maior honestatis, quam forma cura sit in te,  
Vt uindicta niteat, cum probitate decor;

Virgo tegat patulo fratrantis pectoris mammas,  
Quae quasi, prostitui debeat, ire solet.

Non sit

Non sit nupta procax alienis compta capillis,  
Fascia nec superet, neue Tiara modum.

Serica cum gemmis et forquibus exue: vestis

Est satis huc statui lanæ digna tuo.

Illæ tuos decuit maiores, te malus illam

Quis pudor hoc itidem tempore ferre vetat?

Sisq; potestati iurata mente fidelis,

Sub cuius placido tegmine tuta viges.

Copia te rerum non efferat, nec maris vlla

Prosperitas; verti nam solet illa brevi.

Paniteas læsisse Deum, commissæ fateri:

Et veniam vita sub meliore petas.

Linq; voluptates, sectas erroris, et omne,

In quo te Domino noueris esse ream.

Et quod adulterijs, stupris, canisq; per hortos

Pecasti; supplex corde gemente dõle.

Inglutiem vincant ieiunia, templaq; luces,

Quod Isaisq; fuit; sit Aletanea tibi.

Pauperibus largire libens, fratriq; remittas

Noxam, quod partum fraude, repende, tenes.

Te nihil hinc sequitur, nisi quod præstabis egenis:

Hoc siquidem vita, sine carente, beat.

Sic eris è multis, quæ restant libora poenis,

Mitior et fuerit vindicis ira DEI.

Te plaga tandem moneant iam ter tibi missa,

Exitium grauius, ne tibi quarta ferat.

Ante dedit pestes aër; tibi nuper et ignes;

Quid credent vnda, non meminisse nequid.

Hæc sed adhuc tria contemnens elementa Superbis,

Te saltem reliquum cogat habere metum.

Si cum terrigenis (erit actum) terra moueri  
Ceperit, in præclam facta iacebis humi.  
Vltrices aquila commercia publica tollent;  
Comprimet annonæ Vistula clausus iter.  
Infantum draco depascens tua mœnia cinget,  
Alite prognatus, cuius es ipsa, Louis.  
Cumq; lupis aderunt. vsq; cum tyride, Pardi;  
Cum catulis & item torua læna suis.  
Vallarum liceat, iungas quoq; Pelion Ossæ:  
Non secura fœmen, ni Deus adsit, eris.  
Externis tunc præsidis frustrata manebis,  
Diuitijsq; tuis despoliata gemes.  
Tunc te desituent uires ornatus & omnes  
Delitiæ, quibus es, turpiter usa satis.  
Quicquid in hortorum latebris festisq; diebus  
Plebs spatians gessit; tunc miseranda lues.  
Impietas, fastus, luxus, tua numina tecum  
Tunc simul in Baratrum, quod meruere cadent.  
Admonui quondam Niniuitas, profuit, & te  
Vt prosum moneo, si sapias, adde fidem.  
Longanimis solet esse Deus, resipiscat ut inde  
Peccator tolerans crimina multa diu.  
Quæ cum non cessant, castigat, & acrius adfert,  
Cum magno poenas, fœnore supplicij.